

70 Alii plures similes casus referuntur passim ab Aucto-
toribus, & signanter ab Abbate in cap. 4. Fraternalitas
71 Nominis identitas personarum identitatem non probat.
72 Alia ad rem; Vide verb. Fama, Scriptura, Instru-
73 Negativa directio haud potest probari commu-
74 Quoniam vero ex multis aliis textibus apparet, ne-
75 Hinc est, quod multi post Glos. in cap. 13. de elect.
76 Hinc est, quod multi post Glos. in cap. 13. de elect.
77 Hinc est, quod multi post Glos. in cap. 13. de elect.
78 Hinc est, quod multi post Glos. in cap. 13. de elect.
79 Hinc est, quod multi post Glos. in cap. 13. de elect.
80 Hinc est, quod multi post Glos. in cap. 13. de elect.
81 Hinc est, quod multi post Glos. in cap. 13. de elect.
82 Hinc est, quod multi post Glos. in cap. 13. de elect.
83 Hinc est, quod multi post Glos. in cap. 13. de elect.

PROCESSIONES.

Procesiones a procedendo, & eundo dicuntur, nam convocato, & procedente Clero cum crucibus, vexillis, & coreis, ac sequente populo fiant. Ita Petrus Gre-

Quidquid sit de precedente doctrina tenendum est in Mantua praesertim Carpentana, absque Supremi Senatus expressa licentia ullam nequire ad vias publicas processionem exire; (1) sed ceteris in Populis absoluta

(1) Remis. 29. r. 4. lib. 2. El Vicario de Madrid no de permiso, sin que preceda licencia del Consejo, para

gor. l. r. part. Juris canonici t. 20. cap. 4. Barbosa de offic. & potestat. Episcop. part. 3. alleg. 78. n. 1. & alii. Unde processionis dicuntur Chori ambulantes, ut ex aliis notat Ursaya l. 1. p. 2. discept. 26. n. 38. verb. Quin obstat. & l. 2. p. 2. discept. 23. n. 50. Processiones semper fuerunt in usu in Ecclesia etiam a primordiis illius; Card. Baronius in notis ad Martyr. R. 7. Kalend. Maii, Durand. de Ritibus Eccl. l. 4. c. 10. Rota recent. p. 17. d. 87. n. 13. Fuerunt enim adumbrata etiam in veteri Testamento, Esdra cap. 12. ubi habetur, quod instaurata Jerosolyma post captivitatem Babilonicam, indicta fuit sollemnis Processio cum inter-ventu Sacerdotum, Levitarum, & populi ad reddendas gratiarum actiones pro tanto beneficio cum Choris canentium debitas Dei laudes. Josue 6. refertur quod in obsidione civitatis Jericho celebrata fuit Dei monitu veluti quaedam Processio circumdando per septem dies dictam Civitatem cum delatione Arce federis omnes Sacerdotes, Levitas, Milites, ac reliquum populum buccinis clangentes, ac conercentes. 2. Reg. 6. & 3. Reg. 8. etiam innumerata quaedam nostra cum Processio- nibus affert videtur, Negantem probare nec posse, in unum figuræ occasione translationis Arce federis ex uno in alium locum indicæ à David, & Salomone. In novo Testamento certas quodammodo fuisse à Christo Domino Processiones habetur Matth. 21. ubi ipse ascensus in Jerusalem ad perficienda mysteria nostræ Redemptions veluti processionaliter solemni ritu voluit ingredi in Sanctam Civitatem, turris præcedenti- bus, ac sequentibus, clamantibusque, Hosanna Filio Da- vid, Benedictus qui venit in nomine Domini; à qua origi- nem desumpsisse nostras processiones certissime tenent Ga- vianus, & Merati p. 1. r. 19. lit. E, ubi sic expresse ha- bent; Cujus id est, processionis, origo in à Purificatione B. M. V. cum Josepho, Simone, & Anna? Vel certius ex Historia Evangelica à turris in die Palmorum &c. Hinc patet, usum Sacram processionem esse antiquis- simum, & post promulgationem Evangelii dicendum est, mansisse doctrina, & traditione Apostolica. Et quamvis tempore Apostolorum ob sævitiam persecutio- rum non poterint, sicuti nunc, palam & publice fieri, incredibile tamen est etiam à primordiis Ecclesie celebra- tas fuisse Sacras Processiones in cryptis, & speluncis ad memoriam Martyrum ibi quiescentium; Et tandem cessata sevitie persecutorum tempore Constantini Magni Imperatoris, & S. Silvestri Papæ, juxta doctrinam, & traditionem Apostolicam tempore opportune exequentiam, statim cepit frequens usus publicarum processionum, cum intervenitu utriusque Cleri, & populi, ut variis adductis exemplis refertur Baronius tom. 5. Annotatum, & annotationibus ad Martyrolog. Romanum sub die 25. April. Guillelmus Durandus in suo Rationali l. 4. cap. Stephanus Dnrandus de Ritibus Eccl. l. 2. c. 10. & alii. Et sic tenent expresse Gresser- us de Sacris processionibus l. 1. cap. 2. Quarti de processionibus in genere sect. 1. punct. 3. & alii.

Processiones publicas indicare, dirigere & ordina- re spectat ad Episcopum privative quoad alios. Sic sæpius decrevit Sac. C. R. & signanter in Trullen. 17. Dec. 1602. in Elbor. 24. Jan. 1617. & 28. Mart. 1628. & in Squillac. processionum 9. Maii 1693. Et hoc non obstante, quod Capitulum, vel alii sint per longum tempus in possessione indicendi publicas processionem, vel præscribendi quomodo, & quo sint dirigendæ. Sacra Cong. Conc. sub die 16. Febr. 1619. Et non obsta- ente etiam immemorabili consuetudine. Sac. Cong. Rit. in Camerimensi 24. Augusti 1610.

Requiritur tamen ad id consilium, non autem con- sensus Capituli. Sac. Cong. Rit. in Elbor. 28. Mar- tii

quæ puedan salir Processiones de las Iglesias Parroquia- les, y Monasterios de la Corte por las calles públicas de

iii 1628. Et expresse quod consilium requiratur, de- claravit Sac. Cong. Conc. in Comeni 7. Febr. 1632.

8 Ita ut Episcopus solus sine consilio Capituli eas indicare, & dirigere minime valeat, ut decimum fuis- se ab ead. Sac. Congreg. refertur Francisc. Leo in thesuro fori ecclesiastic. p. 4. cap. 2. num. 145. Armen- dar. in addit. ad compil. leg. Nazarr. l. 2. tit. 14. l. 28. §. 1. de procession. n. 4. Aloys. Ricc. Neapolit. decis. p. 4. decis. 379. num. 4. Valenz. consil. 184. num. 230.

advertitur prohibitio, ne processionem nocturno tempore fiant, in tantum, ut ante Solis occasum, unde exierint, revertere debent: (1) homines, vulgo Disciplinantes, y Empalados, similique spectacula fidelium devo- tionem retrahentia in illis haud permittendo.

de ella. Aut. acord. 27. ejurd. De aqui adelante no puedan salir, ni salgán Processiones ningunas de las Iglesias, Parroquias, ni Monasterios, y Cofradias de esta Corte, por las calles publicas de esta Villa, sin licencia del Consejo, y que de este Auto se dé noticia al Vicario:

(1) Reg. Sched. 20. Febr. 1777. Ya sabeis que con motivo de haber llegado á mis manos una representacion del Reverendo Obispo de Plasencia, en razon de varios puntos jurisdiccionales de Regalia, y otros; enterado de su contenido, y deseando vivamente la conformidad del Gobierno con los Prelados Eclesiásticos, y que florezca en mis Catolicos Dominios, junto con la administracion de Justicia, la vigilancia de las buenas costumbres, y maximas christianas, despues de haber hecho examinar por Ministros de mi satisfaccion los diferentes puntos que en ella se trataban, teniendo presente en este examen lo dispuesto en las leyes del Reyno por mi Real Cedula de 19. de Noviembre de 1771. se os manifestó la respuesta dada al Reverendo Obispo de Plasencia para su observancia, y cumplimiento, y lo mismo encargué á los MM. RR. Arzobispos, y demás Prelados, y personas Eclesiásticas, que en la referida Cedula se refieren, y entre los puntos comprendidos en ella, fue el quarto, que para evitar los pecados públicos de Legos: Vid. verb. Multra. Habiendo advertido despues el mismo Prelado diferentes desordenes en todo su Obispado, los manifestó al mi Consejo en representacion de 12. de Noviembre de 1776. solici- tando las correspondientes providencias sobre los puntos que comprehendia, siendo entre ellos quatro redu- cidos: El primero al abuso introducido en todo el Rey- no, y generalmente en aquel Obispado de haber penitentes de sangre, ó disciplinantes, y empalados en las Processiones de Semana Santa, en las de la Cruz de Mayo, y en algunas otras de Rogativas, sirviendo solo en lugar de edificacion, y de compuncion, y de desprecio para los prudentes, y de diversion y griteria para los muchachos, y de asombro, confusion y miedo para los niños y mugeres; á lo qual; y otros fines aun mas perjudiciales, suelen dirigirse los que las hacen, y no al buen exemplo, y á la expiacion de sus pecados. En el segundo punto exclama contra las Proces- siones de noche por ser una sentina de pecados, en que la gente joven, y toda la demas viclada se vale de la concurrencia, y de las tinieblas para muchos desordenes, y fines reprobados, que no puedan impedir la Justicia aun siendo celosas. En el punto tercero expuso la costumbre, ó corruptela de baylar los dias de Fiesta delante de alguna Imagen, á que se pretende dar culto en aquel dia, ó bien dentro de la misma Iglesia, ó en su Atrio ó Cemeterio, ó quando no se permite en estos sitios, sacandola á la Plaza publica con las Insig- nias de Cruz, Pendon, y Capa Pluvial, y haciendo allí sus bayles, que terminan en alguna ofrenda, ó limos- na, con que se entiende no solo cohonestada la irreverencia, sino convertida en un acto piadoso, y de devo- cion. Y en el quarto manifestó el desahogo con que se trabajaba en los dias de Fiesta, no obstante el Edicto que el mismo Reverendo Obispo habia publicado, Ferrar. Bibliothec. Tom. VII.

volum. 1. & num. 31. & 32. Barb. supra Concil. Trid. sess. 25. de Regul. cap. 13. num. 41. & p. 3. de Officio, & potest. Episc. alleg. 78. num. 4. & in Summ. Apost. verb. Processio num. 4.

Processionis hora indicenda est arbitrio Episcopi, cui Magistratus, & omnes debent obedire. Sac. Cong. Rit. in Urbevetana 17. Junii 1606. apud Barbosam in Summ. Apost. dec. verb. Processio n. 9.

Processiones ex devotione populi, & Confstrum in-

pintando la grave ofensa que se cometa, prohibiendo y amenazando á los contraventores con las armas de la Iglesia, segun previenen las leyes; la ninguna enmienda, y los clamores de los Párrocos Examinada en el mi Consejo esta representacion con la atencion, y cuidado que requiere su importancia, y habiendo oido sobre ella al mi Fiscal, por Auto proveido en cinco de este mes, entre otras cosas se acordó expedir esta mi Cedula: Por la qual os mando á todos, y á cada uno de vos en vuestros distritos, y jurisdicciones no permitais disciplinantes, empalados, ni otros espectáculos seme- jantes, que no sirven de edificacion, y pueden servir á la indevocion, y al desorden en las Processiones de Semana Santa, Cruz de Mayo, Rogativas, ni en otras algunas, debiendo los que tuvieren verdadero espi- ritu de compuncion, y penitencia, elegir otras mas racionales y secretas, y menos expuestas con consejo, y direcion de sus Confesores. Ni consentireis Procesio- nes de noche, haciendose las que fuere costumbre, y sa- liendo á tiempo que estén recogidas, y finalizadas antes de ponerse el Sol, para evitar los inconvenientes que pueden resultar de lo contrario. No tolerareis bayles en las Iglesias, sus Atrios y Cemeterios, ni delante de las Imagenes de los Santos, sacandolas á este fin á otros sitios, con el pretexto de celebrar su festividad, darles culto, ofrenda, limosna, ni otro alguno, guardandose en los Templos la reverencia, en los Atrios, y Cemeterios el respeto, y delante de las Imagenes la vene- racion que es debida, conforme á los principios de la Religion, á la sana disciplina, y á lo que para su observancia disponen las leyes del Reyno. No disminu- lareis trabajar en Público los dias de Fiesta, en que no está dispensado poderlo hacer, oido el Santo Sa- crificio de la Misa; y en el caso de que al tiempo de la recoleccion de frutos, por el temporal, ó otro ac- cidente hubiere necesidad de emplearse en ella algun dia festivo de dicha clase, pedireis la correspondiente licencia al Párroco en nombre del vecindario, sin que sea necesario pedir la cada vecino; cuya concesion de- berán hacer los Párrocos, habiendo justa causa, graciosa- mente, sin pensionaria con titulo de limosna, ni otro alguno, siendo una declaracion de haber verdadera ne- cesidad, que dispensa el precepto. Y finalmente, celerá- reis con la mayor vigilancia sobre el cumplimiento de todo esto, procediendo contra los contraventores, con- forme á las leyes del Reyno; á cuyas penas; y á la mas seria demonstracion que correspondá, segun las circunstancias, serán responsables las Justicias, que así no lo hiciere; y encargo á los MM. RR. Arzobis- pos, Reverendos Obispos, Párrocos, y demas personas Eclesiásticas, á quienes pertenezca; celen tambien sobre lo mismo en los términos prevenidos en el numero quarto de la citada mi Real Cedula de diez y nueve de Noviembre de mil setecientos setenta y uno, á que se arreglen exactamente. Y mandamos á los demás Jueces, y Justicias de estos mis Reynos, vean, guarden, y cumplan el contenido de esta mi Cedula, y hagan guardar, cumplir y executar en todo, y por todo sin la contravenir, ni permitir se contravenga en ma- nera alguna, que así es mi voluntad.

introducitur possunt ex causa ab Episcopo prohiberi. Sac. Cong. Rit. in Elbor. 14. Jan. 1617. apud Barb. loc. cit. num. 10.

11 Quamvis processiones solite private, que fiunt a Parochis in Parochia, & a Capitulo in Cathedrali, sunt sine licentia Episcopi; adhuc tamen, si transferantur, exigitur Episcopi approbatio, ut patet in formantibus fuit decisum a Sac. Cong. Rit. in Hispania 3. Sept. 1695. & 21. Julii 1696. & in Asten. 31. Jan. ejusd. anni apud Monacell. tom. 1. tit. 5. form. 7. n. 22. Nec ipse Parochus sine licentia Episcopi potest processiones extraordinarias facere. Sac. Cong. Conc. 13. Julii 1636. in qua fuit dictum non sufficere licentiam Vicarii Foranei.

12 Processiones publicas indicere, & dirigere, absente Episcopo, spectat ad Vicarium Generalem cum consilio Capituli, prout possent Episcopus, si presens esset. Sac. Cong. Rit. in Vigili. 28. Sept. 1730. in Bituntina 3. April. 1632. & in Cassan. 3. Martii 1633. apud Barbosam in Summa Apostolic. decis. loc. cit. numer. 7. & 8. & super Concilium Trid. loc. cit. num. 42. & cit. alleg. 78. num. 5.

13 Processionibus generalibus indicendis pro causa, bono, vel honore publico tam Clerici, scilicet beneficia, vel officia ecclesiastica habentes, quam Regulares invitati, omnes interesse tenentur, & adesse compelluntur Juris remediis, juxta dispositionem Conc. Trid. res. 25. cap. 13. de Regul. Sac. Cong. Ep. in Cajetan. 25. Octob. 1602. Confirmat. 7. April. 1690. & novissime Sacra Cong. Conc. in Neapolitana processionis 3. Augusti 1709. & in alia Neapolitana processionis 11. Novemb. 1724. ubi fuit resolutum, quod ad processiones generales tenentur accedere exempti, & illis recusantes intervenire, ex communicationis pena puniri possunt, teste Ursaya in miscellaneo sacro, & profano 1. lit. P. num. 32.

14 Tales autem processiones, ad quas tenentur accedere Regulares, sunt solum illae, de quibus fuit dispositum in Congregatione particulari de ordine Urbani VIII. celebrata sub die 27. Julii 1628. & 21. Augusti 1697. ubi apud Pignatell. tom. 1. cons. 122. ut infra: "Auditis Procuratoribus Ordinum negotiorum que mature discussio, & animiter censuerunt posse Episcopos penes sibi benevisis compellere quoscumque Regulares recusantes, etiam Monachos, & quomodolibet exemptos ad infrascriptas processiones accedere, atque illis interesse, exceptis dumtaxat in strictiori clausura viventibus, & monasteriis ultra medium milliare a civitate distantibus, nempe in die festo SS. Corporis Christi, in Litanis majoribus, in Rogationibus, ac in quibuscumque aliis publicis, & consuetis, vel pro bono, causis, aut honore publico, ab Episcopis indicendis processionibus, non obstantibus quibuscumque privilegiis, consuetudinibus, vel prescriptionibus etiam immemorabilibus, privilegiis tantum Apostol. Sac. Cong. Trid. posterioribus contrarium desuper disponentibus minime sublatis.

15 Processiones vero, que referuntur ad causam, bonum, & honorem publicum, sunt illae, que fiunt, & indicuntur pro gratiarum actione de re gravi, pro pace inter Catholicos Principes, vel victoria impetranda contra infideles, pro electione Romani Pontificis, pro lucrando Jubilaeo, pro placando Deo occasione pestis, famis, bellis, sterilitatis, terrae motus, & similibus, ut tradunt Pax Jordan. lucubr. tom. 2. lib. 11. tit. 2. n. 4. Passerin. de stat. homin. tom. 3. quest. 189. n. 996. & alii passim.

16 Ista tamen processiones ad effectum obligandi Regulares ad interessendum, non sunt renovanda annuatim, & perpetuanda, nisi nova motiva, & novae causae concurrant; Sic censuit Sac. Cong. Rit. in Bilecten. 19. Jan. 1697. ad relationem Card. Petrucci, in qua declaratum fuit, Edictum Episcopi (quo adstringebantur Regulares sub pena suspensionis, & interdictionis Ecclesiae ipso facto incurrenda ad interessendum

processioni indicenda pro obtinenda liberatione a terrae motu semel jam facta anno praecedenti, & postea renovata) non susineri cum omnibus inde secutis. Sic refert Monacell. tom. 1. tit. 5. form. 7. n. 25.

Nec possunt Episcopi obligare Regulares ad interessendum cum Clero seculari processionibus indicendis occasione sua prima Visitationis, ut expresse censuit Sacra Cong. Concil. in Agnana Processionis 9. Decemb. 1662. Decreto ut infra.

In Agnana Processionis.

"Occasione sua prima Visitationis, primique ingressus in terram Carpinetiam Dominus Episcopus Agnaninus Plenariam Indulgentiam ex Auctoritate S. D. N. publicare intendens, edictum tenoris sequentis promulgavit, Omnis, &c.

Di qui o, che abbiamo risoluto di fare una pubblica generale, & generalissima processione per solemnizzare con la dovuta decenza dese Sacre azioni per eccitamento maggiore de' Fedeli alla divozione e pietà, che perciò invitiamo tutto il popolo, comandando a detto effetto di tutti gli Ecclesiastici, così Secolari, come Regulari di detta Terra, che debbano intervenire personalmente sotto pena a detti Ecclesiastici di Scomunica lata sententia da incorrersi ipso tunc, che non saranno intervenuti, & altro pena a nostro arbitrio &c.

"Conqueruntur Fratres Ordinis strictioris observantiae se immerito, atque injuste compellat ad hujusmodi processiones; Et contra vero conqueritur D. Episcopus, dictos Fratres praefatum edictum non sine populi scandalo contempnentem dictae processioni non interfuisse, & non obstantibus censuris ob eorum contumaciam ipso facto incurris, & celebratio- ne divinorum officiorum non abstinnisse; Quare praesuppositis illis, quae ab utraque parte informante deducuntur."

Quaritur, an dicti Fratres poterint ad praenominatam Processionem ab Episcopo compelli?

Die 9. Decembris 1662.

Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Concilii Tridentini interpretum censuit non potuisse. = F. Episc. Sabinen. Cardin. Sacchetus. = Loco Sigilli = C. De Vecchis Episc. Clar. Sac. Cong. Secr. =

In Regesto fol. 92.

Nec possunt Episcopi cogere ad interessendum processionibus publicis Regulares, qui distat a civitate, vel oppido per dimidium milliare; Sic decisum fuisse a Sac. Cong. Conc. refertur Piacens. Armandar. Lezana, Ildephons. a Jesu Maria apud Barbosam in Summa Apostolic. decis. Collectan. 607. num. 17. & de Offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 78. num. 22. & expresse patet etiam in decreto allato supra n. 14.

Ubi tamen viget consuetudo, quod Regulares, vel etiam confraternitates laicorum, non obstante distantia unius milliarii, conveniant ad processiones, est servanda, & convenire tenentur. Passerin. de statu homin. tom. 3. quest. 189. art. 10. inspect. 10. num. 100. Monacell. loc. cit. num. 30. & novissime censuit Sac. Cong. Rit. in Nucerna Paganorum 12. Septemb. 1699. ad relationem Card. Francisci Barberini. Regulares ad processiones, ad quas tenentur accedere, sufficit, quod invitentur per edictum. Monacell. tom. 1. tit. 5. form. 7. n. 23. & tom. 3. tit. 3. form. 6. n. 3. ubi tradit formulam edicti, & docet quomodo Regulares & exempti sint in edicto invitandi, & monendi; Et sic multis in locis servat praxis; ubi autem adesset legitima praxis in contrarium, esset servanda, arg. cap. Cum tantum 11. de consuetudinibus, cum similibus.

Regulares non debent accedere ad processiones publicas cum Cruce, & numero duorum tantum Religio-

sorum. Sac. Congreg. Concil. in Aque. 9. Jun. 1708. 22 in respons. ad 2. Neque eorum Laici deferentes crucem in processionibus, vel candelabra, debent uti Alba, vel Dalmatica, seu Pluviali, ut respondit Sac. Cong. Rit. in Cerenat. ad 6. & quod talis usus non sit permittendus declaraverat, 19. Maii 1659. apud Monacell. tom. 4. supplement. ad 1. tom. num. 78.

23 Regulares in processionibus deferre non debent Galerum, sive Pileum, non obstante praetento solito; Sac. Cong. Rit. 30. Aug. 1664. cum facultate data Episcopis illos cogendi ad deponendum etiam censuris; Quod decretum eadem Congr. innovavit, & servari mandavit in Aquipendii 2. Aprilis 1692. contra PP. Augustinianos, & Minores Conventuales.

24 Crux in Processionibus deferenda est a Regularibus cum velo pendente, seu pallio; Sac. Cong. Rit. 14. Jan. 1617.

25 Regulares accedentes ad publicas processiones, non debent processione terminata, statim a loco recedere, sed tenentur tam in accessu, quam in reditu Ecclesiam ex qua & in qua functio incipit, vel terminatur, ingredi, ibique precibus, seu Benedictioni assistere usque in finem; Sic decrevit Sac. Cong. Rit. in Syracusan. 6. Sept. 1630. & in Pisauran. 7. Martii 1648. apud Pignatell. 3. cons. 46. n. 32. ubi docet id haberi etiam ex Rituali Rom. tit. de process. Litan. major. & tit. de process. Corporis Christi, & ex Ceremoniali Episcopi. l. 2. cap. 32. & seq. & ex decreto Sac. Cong. Episcopi. & Regul.

26 Regulares in processionibus, quas ipsifaciunt extra claustra, egent licentia Episcopi, vel respectivi Parochi, non obstante quacumque consuetudine in contrarium; nisi pro aliquibus processionibus habeant speciale privilegium; Sic pluries decrevit Sac. Cong. Conc. & Rit. refertur Riccius, Laurer. de Franch. Donat. Ventriglia, Romagner, apud Monacell. tom. 1. tit. 5. form. 7. num. 26.

27 Episcopi autem, & Parochi non debent denegare talem licentiam Regularibus, alioquin si denegatur, recurritur Episcopo, ut licentiam concedat, prout rescripsit Sac. Cong. Episc. in Pap. 11. Maii 1696. Vel servetur solitum, ut ab eadem Sac. Cong. Episc. fuit rescriptum in Savon. 4. Septemb. 1693. & a Sac. Cong. Rit. in Ferentin. 21. Nov. 1699. Et a Sac. Cong. Concil. in Aque. 6. Jun. 1708. ad 7. Dubium, ubi: An Patribus Carmellitis loci Incisa liceat extra propria claustra, & districtum per loca consueta facere processionem B. M. V. de Monte Carmelo, occasione sua festivitatis, petita tamen licentia a Parocho, licet non obtentam? Respondit Affirmative. Et die 27. Aprilis 1709. reclamante Parocho stetit in decisum.

28 Notanter autem sup. n. 26. fuit dictum: Nisi pro aliquibus processionibus habeant speciale privilegium, quia pro ipsis nulla indigent licentia, nec Episcoporum, nec Parochorum, ut pro faciendis processionibus Sanctissimi Sacramenti in quacumque die infra octavam Corporis Christi habent Regulares omnes privilegium cum amplissimis derogatoriis sibi concessum a Greg. XIII. const. 10. inc. Cum interdum: in ejus §. 2. sic expresse habetur: "Universis, & singulis Clero, & Clericis, ac personis Ecclesiasticis, etiam Regularibus, quam Ordinum Religionum, ac Militiarum Regularibus, ac etiam, &c. liceat ipsis, tam die ipsa Dominica infra Octavam Corporis Christi, quam aliis totius Octavae praedictae diebus, processiones suas celebrare &c. Nec super eo tam ad Ordinis Praedicatorum hujusmodi, quam aliis quibuscumque personis &c. quomodolibet molestari, inquietari, vel perturbari, &c. tenore praesentium concedimus, & permitimus." Quam late examinat, & propugnat D. Ursaya tom. 2. part. 1. dicept. 4. in ejus Summario, seu argumento sic expresse habet: "Vigore constitutionis 10. Sanctae memoriae Gregorii XIII. absque ulla Ordinatio, vel Parochorum licentia possunt omnes, tam de

» Clero Seculari, quam Regulari etiam extra earum clausuras facere processiones in die Octavae SS. Corporis Christi, & in aliis diebus ejusdem festivitatis. Et pluries id novissime statutum Sac. Cong. Episcopi. & Regul. & signanter in Tricaricen. processionibus 18. Aprilis 1714. & 4. Martii 1717. & in Potentina processionibus 13. Maii 1718."

» Et quidem eadem die possunt plures fieri processiones a diversis Regularibus; dummodo fiant distinctis horis, prout Innocentius XII. disposuit in causa vertente inter Fratr. Ord. Min. & PP. Ordini. Prad. in Ind. const. incip. Sua Nobis: in qua sic expresse habetur.

» Cum Sac. Rit. Cong. sub die decima mensis Februarii de anno Domini millesimo sexcentesimo octuagesimo quinto decrevisset, & declarasset, competeret PP. Dominicis Jus petagendi processionem Sanctissimi Corporis Christi Dominica infra Octavam illius private ad PP. Minores de Observantia, & signanter in civitate Quiren. ita tamen, ut liceret eisdem PP. Minoribus eadem die Dominica infra Octavam facere processiones intra claustra eorum Conventus.

» Pro parte eorundem PP. Dominicanorum Provinciae Quiren. habitus est recursus ad Sanctae Memoriae Innocentium Papam XII. praedecessorem nostrum ut obtinendam specificam confirmationem praememorati decreti, quam eis eisdem Innocentius Praedecessor benigne impertitus est per literas in forma Brevis incipientes; Emanavit: sub die vigesima sexta Martii ejusdem anni millesimi sexcentissimi octuagesimi quinti expeditas.

» Verum causa hujusmodi cum Juribus ex tunc ad Urbem pro Patribus Franciscanis allatis, iterum coram eadem Sac. Cong. ad plenum discussa, ipsamet Congregatio Decretum edidit, quod praescripsit, quid tandem observandum sit ab utraque parte circa praedictam processionem, tenore sequentis, videlicet: In causa Quiren. inter PP. Ordinis Minorum Familiae Ultramontanae Conventus Civitatis Quiren. ex una, & PP. Dominicanos ejusdem Civitatis ex altera partibus a dilecto Filio Nostro Cardinali Pamphilio re proposita dumtaxat super dubio processionis Sanctissimi Corporis Christi, eadem Sac. Cong. auditis utriusque partibus, tam in voce, quam in scriptis informantibus censuit, recedendum a decisis, & in casu, de quo agitur, licere PP. Franciscanis facere processionem die Dominica infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi: Sed PP. Ordinis Praedicatorum de mane; Patribus vero Minoribus de sero, & ita decrevit, & servari mandavit die vigesima quarta Martii anni millesimi sexcentissimi nonagesimi sexti.

» Attamen non acquiescentibus praedictis PP. Ordinis Minor. Familiae Ultramontanae Conventus Quiren. hujusmodi Decreto in ea tantum parte, in qua hora peragendi processione ipsi praescribitur, repositum ab eodem Cardinali Pamphilio in Sacra Rituum Congregatione hujusmodi dubio, eadem Congregatio PP. Dominicanis licet citatis non informantibus. In decisio super negotio principali, & licere PP. Franciscanis facere processionem etiam de mane, distinctis tamen horis ab Episcopo praescribendis censuit, & ita servari mandavit die septima Aprilis millesimi sexcentissimi nonagesimi sexti.

Sed ab hujusmodi decreto reclamantibus Patribus Dominicanis proposita iterum causa per praefatum Cardinalem Pamphiliu, utraque parte informantem, & juribus hinc inde discussis; Sac. Cong. praedicta rescribendum censuit. "In decisio super negotio principali, & licere Patribus Franciscanis facere processionem extra claustra per loca solita, etiam de mane, distinctis tamen horis ab Episcopo praescribendis, & data electione horae Patribus Dominicanis, & qua semel electa, non liceat amplius recedere, &

ita decrevit, & servari mandavit die 1. Septembris millesimi sexcentissimi nonagesimi sexti.

Verum quia sicut eadem petitio subjungebatur, dicitur Patres Franciscani dubitant ne executio, & observatio decreti hujusmodi a dictis Patribus Dominicis forsitan impugnari possit, & in simili eventu idem decretum suo frustraretur effectu; ideo prædictus frater Nicolaus ad Nos recurrit humiliter supplicando quatenus tibi, ut ad executionem dicti decreti juxta illius tenorem, & formam procedas Apostolica auctoritate committere, aliasque sibi in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur statum, & merita causæ hujusmodi, præsentibus, &c. Deinde committit Episcopo Quitensi, ut contraditores ad exequendum decretum omnibus Juris remediis, & facti compellat, ut ibi late non obstantibus Sc. Romæ 5. Kal. Martii 1696.

Et sic expresse fuit resolutum etiam novissime à Sac. Congr. Episc. & Regul. in Tricaricensi Processione die 17. Apr. 1714. & 4. Mart. 1717. cum præciso Rescripto: *Affirmative dummodo fiant Processiones distinctis horis.*

Item speciale privilegium habet præstantissima Prædicatorum Religio pro faciendi sine prædicta licentia processione SS. Rosarii, ut inter alios refert Emin. Card. Petra r. 5. *Comment. ad Constit. XIII. Sixti IV. n. 5. & 16. his verbis: "Ad sunt tamen resolutiones SS. Congregationum favorabiles dictæ processioni Rosarii, ut sine licentia aliqua celebretur, sed concurrente consuetudine celebrationis ut in Baren. rescripto Sac. Congr. Rit. 11. Martii 1690. & Sac. Congr. Conc. in Ripana Confraternitatis 30. Martii 1715, in qua causa aderat consuetudo, & ad rem fuerunt inter alia proposita plura dubia respectiva controversias inter Confratres SS. Rosarii, Patres Prædicatores, & Episcopum, quæ possunt videri in Regesto Congregationis pro opportunitate & integritate referendum puto ad rem infrascriptum dubium VIII. An liceat fratribus sine licentia Episcopi peragere pro civitate processiones tam in prima Dominica Octobris, quam in aliis temporibus, in casu, &c. Sac. Cong. censuit ad VIII. negative, exceptis processionibus, Sanctissimi Corporis Christi, Rosarii in prima Dominica Octobris; Verum Sanctissimi. Dominus noster Benedictus XIII. in re edidit novissime literas Apostolicas in forma Brevis sub die 10. Aprilis 1725. anno primo Pontificatus, in quibus Fratrum prædicatoribus indulget, ut ipsi de cetero processionem præfatam Sanctissimi Rosarii, qualibet prima Dominica mensis Octobris ingrediendo limites cujuscumque Parochiæ, Ordinarii licentia minime requisita, & absque assistentia Parochi, ac cum omni pompa peragere, libere, & licite possint.*

Regulares, qui gaudent speciali privilegio faciendi dictas processiones extra claustra sine ulla licentia, tenentur incedere per viam semel electam. Sac. Congr. Rit. in Pizaren. 3. Nov. 1613. in Materan. 15. Maii 1632. in Belcastren. 28. April. 1690. ad relat. Cardin. Petrucci, & in Quiton. Processionis 1. Sept. 1696. referente Card. Pamphilio.

Regulares possunt in suis processionibus uti Pluviali; Nec talis usus est signum, seu testimonium Jurisdictionis in utente Sacerdote, ut patet ex resolutione, & responsione Sac. Congr. Rit. ad sequentia dubia.

Supplicante humiliter P. Procuratore Generali Ordinis Minorum Observ. S. Francisci à Sac. Rituum Cong. declarari infrascripta dubia.

Primum. An Guardiani Ordinis Minorum Observ. S. Francisci Provinciarum Regni Neapolis obtemperant ad Ordinarii locorum oretenus, vel in scriptis licentia faciendi solemnem processiones per civitates, vel oppida extra limites Conventuum suæ Religionis cum statua, aut Reliquia alicujus Sancti,

possint Religiosi sui Ordinis uti pluviali, licet in licentia obtemperant non fuerit expressus usus pluvialis?

Secundum. An usus pluvialis in processionibus solemnibus sit testimonium, & signum Jurisdictionis in utente Sacerdote?

Sac. ead. Rit. Cong. censuit respondendum.

Ad primum Affirmative.

Ad secundum Negative, & ita declaravit die 21. Martii 1699.

Regulares in suis processionibus non possunt, nec debent ducere puellas habitu sicut Angelorum, neque, Bizzocheras, ut declaravit Sac. Cong. Episc. & Regul. in Ebred. 19. Jan. 1691. apud Monac. 1. Jul. 1695. form. 7. n. 33. Et jam decreverat in Placent. 4. Septemb. 1602. & in Mutin. 14. Jun. 1619. quod in dictis processionibus, nec intermiscantur pueri, puella, vel etiam viri cum extraordinariis habitibus, puta Angelos, vel demones referentibus, puellæ vero neque cum suis vestibus ordinariis, nisi in loco solito aliarum mulierum cum facultate Ordinario procedendi contra Regulares cujuscumque Ordinis inobedientes ut in Cremonens. 6. Sept. 1604. apud Nicol. in Flore. verb. Processio num. 8.

Regulares non possunt processiones in Monialium Ecclesiis, quamvis eorum regimini subiectarum inferre, & introducere, licet id esset consuetudo. Sic Sac. Cong. Episc. & Regul. in una Olivet. 27. Mart. 1602. & in Pizaren. 24. Nov. 1617. in una Dominicanorum. his verbis: *Cum Sac. Congr. innovasset nonnullos Ord. S. Dominici Regulares occasione Processionum per eorundem diebus Dominicis, & post Vesperas celebrari solitarum processionaliter in Monialium eorum regimini subiectarum Ecclesiis ingredi consuevisse, Illustrissimi ejusd. Congr. Patr. Episc. Pizaur. literas dari mandarunt, ut præfatum abusum omnino tollat, providæque ut præfati Regulares, quodvis prætextu Processionum per ipsos fieri solitarum in dictarum Monialium Ecclesiis in posterum nullatenus ingrediantur.*

Intra clausuram Monialium fieri non debent ab exteris processiones, neque cum Sanctissimo Sacramento. Sac. Cong. Episc. & Regul. in Neapol. 10. Jan. 1596. apud Nicol. loc. cit. n. 28.

Imaginem Beatissimæ Virginis cum baldachino, & intortis in processione deferri non est prohibendum. Sac. Cong. Ep. & Regul. in Crem. 1. Mart. 1579. in Patav. 20. Dec. 1602. & in una Seron. Perus. 20. Jul. 1621. Modo petatur ab Ordinario licentia, ut occurrat possit abusus. Ead. Sac. Cong. in Taurin. 12. Martii 1613.

Idem dicendum est de imaginibus, sive statuis Sanctorum. Ead. Sac. Cong. in Taurin. 12. Martii 1613.

Regularibus paratis, & deferentibus in processione Reliquias, debetur præcedentia (non tamen ceteris non paratis) supra Cleram secularem. Sac. Cong. Episc. & Regul. in Juvenac. 4. Sept. 1695.

Quomodo regulanda sit præcedentia Regularium inter se, & inter alios in processionibus? Vid. verb. Præcedentia à num. 34. ad 48.

Processio SS. Corporis Christi inchoari non debet ab Ecclesia inferiori, non attentata immemorabili consuetudine. Sac. Cong. Conc. in Sarn. 7. Aug. 1683.

Item processio SS. Corporis Christi terminari debet in illa Ecclesia, à qua incepit. Sac. Cong. Rit. in Nebulana processionis 1. Sept. 1718. apud Ursayam tom. 3. part. 1. discept. 26. n. 45. & 46.

Processio SS. Corp. Christi, Sede plena, ob commodum Papæ fit in Basilica Vaticana. At, Sede vacante, quia cessat dicta ratio, fit in Ecclesia S. Joannis Lateranensis, ut evenit tempore Sedis vacantis per obitum Alex. VIII. ann. 1691. cum ipsa sit major Ecclesia. Rota part. 19. tom. 2. recent. decis. 479. n. 64. Card. Petra. t. 4. Comment. ad Constit. 1. Greg. XI. n. 18. & 19.

Processiones in festo Corporis Christi facere non licet aliis Ecclesiis, sed soli Episcopo, seu Ecclesiæ Cathedrali. Sac. Rit. Congr. in Pizana 22. Maii 1615.

Processio Sanctissimi Sacramenti in ejus festo debet inchoari

choari à Cathedrali, & in ea term nari. Sac. Rit. Congr. in Tuscan. 29. Aug. 1619.

In festo Corporis Christi non est deferenda in processione Eucharistia Sacerdotum humeris, sed Celebrantis manibus. Sac. Rit. Cong. 2. Jun. 1618.

In festo Corporis Christi Eucharistia non est deferenda per vias Hebræorum. Sac. Cong. Rit. 22. Februariar. 1593.

In festo Corporis Christi debet deferri Eucharistia à Celebrante; Et in Vesperis diei Octavæ, si fiat processio, debet deferri ab eo, qui cantavit vespas, modo saltem sit Canonicus in Collegiatis; Sac. Rit. Congr. 12. Jun. 1627. & 23. Martii 1709. in respons. ad 4. teste Ursaya tom. 2. part. 1. n. 59.

Non convenit, quod prima dignitas celebret missam ante processionem SS. Sacramenti, & deinde altera Dignitas minor gester illud in processione. Sac. Cong. Rit. 31. Jun. 1632. & 13. Martii 1700. in respons. ad 5. teste Ursaya loc. cit. n. 60.

Licet Episcopus in festo Corporis Christi non deferat Eucharistiam, Canonici tamen debent induere Sacras vestes. Sac. Congr. Rit. 17. Martii 1628.

Canonici Ecclesiæ Collegiatae non debent in processionibus incedere parati sicut Canonici Cathedralis. Sac. Rit. Congr. 17. Maii 1607.

In festo Corporis Christi non sunt canendæ cantiones vulgariter sermone. Sac. Rit. Congr. 21. Mart. 1599.

In festo SS. Corporis Christi non est faciendi processio sine pluviali. Sac. Rit. Cong. 22. Jan. 1701.

In Processionibus, quæ fiunt cum Sanctissimo Sacramento, qui incedunt ante illud in occurso, & transitu à latere ejusdem debent facere genuflexionem, dummodo videant prædictum Sanctissimum Sacramentum. Sac. Rit. Cong. 1. Mart. 1681.

In processione solemnæ Corporis Christi, quando processio sistit, Sacerdos celebrans, Subdiaconus, & Diaconus non debent sedere, neque in scamno, neque in sedibus. Sac. Congr. Rit. in Elip. 21. Jan. 1690. in responsione ad 4.

In processione, in qua deferitur SS. Sacramentum, vel lignum Sanctissimæ Crucis, tam Clerici Regulares, quam Seculares, omnesque Laici incedere debent detecto capite; In aliis vero processionibus Clerici deferentes Reliquias, & omnes seculares comitantes incedere debent detecto capite; Alii vero Clerici detecto capite cum bireto. Sac. Cong. Rit. in Cajetana 2. Septemb. 1690. Episcopus vero deferens Reliquiam ligni Sanctissimæ Crucis in Pontificali bus poterit incedere cum mitra. Sac. Congr. Rit. in Materanen. 14. Junii 1692.

Occurrente festo S. Antonii de Padua in Dominica infra Octavam Corporis Christi, quamvis PP. Dominicani in dicta die peragant processionem SS. Sacramenti; nihilominus potest à Franciscanis, fieri processio de dicto Sancto. Dummodo fiat diversa hora, & data prælatione temporis PP. Dominicani de mane vel de vespere. Sac. Cong. Rit. in Placent. 30. Aprilis 1701. & in Aliphana 18. Mart. 1702.

In processionibus non sunt deferendæ Reliquiæ Beatorum; Sac. Rit. Cong. 27. Sept. 1659.

Abusus antiqui in processionibus tollendi sunt cum magna cautela, ne majora scandala sequantur. Sac. Cong. Rit. 13. Maii 1603.

Canonici in processione intra Ecclesiam debent incedere capite detecto, & extra cum bireto in capite. Sac. Rit. Cong. 30. Martii 1633.

In processionibus candelarum, palmarum, & similibus quæ fiunt intra Ecclesiam sine Sacramento, non est pulsanda campanula ad elevationem SS. Corporis Christi in missa privata; Quod si pulsetur, & advertatur elevatio, tunc genuflectendum est utroque genu à transeuntibus ante altare, ubi missa celebratur, & deposito SS. Sacramento, progrediendum; Similiter si aliqui transeant in elevatione calicis; Sac. Rit. Congr. 1. Martii 1681.

Processiones facere de nocte cum SS. Sacramento feria quinta & sexta majoris hebdomadæ non convenit, & repugnat mysteriis Ecclesiæ, & est abusus omnino tollendus. Sac. Cong. Rit. in Mantuan. 18. August. 1606. apud Barbos. in Sum. Apostol. decis. verb. Processio num. 12.

Processiones uti de nocte fieri possint feria sexta majoris hebdomadæ, arbitrio Episcopi conceditur. Sac. Congr. Rit. in caus. Indiar. 20. Julii 1600. apud Barbos. loc. cit. num. 14.

Si autem aliqua Processio fiat de nocte, non debet inferri in Ecclesiis Monialium. Sac. Congr. Episcop. & Regul. 6. Sept. 1709.

Licet PP. Capuccini possint retinere, & processionaliter etiam deferre Imagines S. Antonii Patavini, & S. Francisci in habitu Capuccini, non possunt tamen subter Imagines S. Antonii vel S. Francisci de Assisio depictas, sculptas, vel impressas cum eodem habitu apponere, & retinere inscriptiones indicantes illas esse effigies dictorum Sanctorum cum veriori forma habitus ipsius S. Francisci, sed moniti debent illas delere, & cancellare, ut jussit Sac. Cong. Rit. in Neocastren. 22. Jan. 1707.

Episcopus potest cogere Clericos Beneficiatos ad interessendum processionibus publicis. Sac. Cong. Concil. in nullius Alamuræ 26. Martii 1678. etiam censuris; quamvis non probetur consuetudo accedendi. Dummodo Censuræ sint comminatoriæ, ferendæ sententiæ, & in subsidium. Ead. Sac. Cong. in Surrentina 6. August. 1689.

Item processionibus publicis interesse etiam tenentur Clerici Saculares alicujus Ecclesiæ, quamvis in fundatione illius exempti sint à Jurisdictione Ordinarii, intra cujus diocesim existunt. Sac. Cong. Concil. 21. Martii 1602.

Item processionibus publicis interesse cogi possunt Sacerdotes inservientes Ecclesiis Religiosis Hierosolymitanæ. Sac. Cong. Conc. apud Barbosam in Summ. Apost. decis. Collect. 907. n. 3.

Non sunt tamen ab Episcopo compellendi interesse processionibus publicis Sacerdotes nullum officium, aut beneficium ecclesiasticum in civitate, vel diocesi obtinentes. Sac. Cong. Conc. 9. Maii. 1597. apud Barbosam loc. cit. num. 5. & Benedict. XIV. Invis. Eccl. 31. §. 1.

Processiones publicas comitari cogere non potest Episcopus Clericos, qui sunt nullius diocesis. Sac. Cong. Concil. apud Barbos. loc. cit. num. 6.

Processionibus publicis ab Episcopo cogendi non sunt interesse degentes extra civitatem in locis, in quibus habent plebem, quia cum illa plebe debent facere processionem. Sac. Cong. Conc. apud Campanil. in divers. Jur. Canon. rub. 12. cap. 33. num. 17. Barbos. loc. cit. num. 7.

Processionibus publicis cogi non possunt interesse Clerici Regulares Societatis Jesu, Gregorius XIII. constituit. incip. Quæcumque.

Processionibus publicis interesse ab Episcopo compelli non possunt Clerici Regulares Congregationis S. Pauli decolati. Sixtus V. constit. incip. Rationi.

Processionibus publicis interesse cogi non possunt Clerici Regulares Matris Dei Scholarum piarum, Urbanus VIII. const. incip. Debitum.

Processionibus publicis ultra solum cogendi non sunt interesse Canonici Regulares Congregationis Lateranensis. Sac. Cong. Rit. in caus. Canon. Regul. Lateran. 30. Julii 1616.

Processionibus publicis interesse non sunt ullo modo cogendi Monachi Congregationis Cassinensis nisi ad Processionem SS. Sacramenti, juxta eorum antiquam consuetudinem, Sac. Congr. Rit. in Placent. 10. Junii 1602.

Processionibus interesse cogi non debent Monachi Olivetani; S. C. Rit. apud Joann. Mariam Novar. in Lucern. Regul. verb. Processio n. 1. & Barbos. loc. cit. 13. Pro-

- 79 Processionibus publicis interesse non sunt cogendi Monachi S. Hieronymi. Sac. Cong. Concil. apud Joann. Mariam. Novar. loc. cit. & Barbos. loc. cit. num. 14.
- 80 Processionibus publicis interesse compelli non possunt Monachi SS. Trinitatis Cayen, quorum monasterium est immediate subiectum Sedi Apostolica; Sac. Cong. Conc. 14. Augusti. 1579.
- 81 Processionibus publicis interesse cogi non possunt Carmelita: Discalceati. Clemens VIII. const. incip. Religiosorum: : Et sic etiam plures alii Regulares, uti constat ex eorum respectivis privilegiis.
- 82 Episcopus cogere non potest Canonicos ad intendendum processionem, quæ fit in tertia Dominica mensis. Sac. Cong. Conc. in Sarn. 27. Jun. 1705. in responsione ad 7.
- 83 Processiones fieri possunt à Canonicis Cathedralis etiam per limites Parochiarum sine licentia Curati. Sac. Cong. Rit. in Thelesin. 28. Aug. 1625. & Jun. 1619.
- 84 Processionibus solitis, ut confratres convenient, compellere potest Episcopus sub penis arbitrio illius, maxime stante possessione illos vocandi per edicta; Sac. Cong. Conc. 21. Jan. 1622. & 8. Maii 1627.
- 85 Processiones debent fieri ordinatim, & successive absque aliqua divisione, tam quando incedunt, quam quando stant; Sac. Cong. Rit. in Tol. 15. Maii. 1612.
- 86 Edictum Episcopi prohibens explodi tormenta bellica per vias, dum fiebant processionem, sustinetur, & contra edictum Curia laicae prorsus post peractam processionem refellitur, prout de Jure Sac. Cong. Immun. 2. Decemb. 1698. lib. 2. Decret. Valleman. pag. 190.
- 87 Si ratione alicujus solemnis processionis seu alterius urgentis necessitatis Religiosi omnes egrediantur à Conventu, feminæ tunc illum ingredientes, graviter peccant, & penis ingredientium afficiuntur. Sic expresse Bonacina tom. 1. tract. de Clausur. quest. 5. punct. 2. n. 7. Donatus prax. Regul. tom. 1. tract. 4. q. 16, & alii. Et ratio est, qui in tali casu facerent contra legem, quæ sub gravissimis penis prohibet feminas intrare in Conventum virorum. Nec obstat, quod pro tunc cessat finis legis, nempe Regulares perturbari, vel incitari ad peccandum, cum ut supponitur, in Conventu nullus existat; Quia per accidens est, finem legis in aliquo raro casu non violari; lex autem respicit id, quod est per se, & sæpius accidit, non autem id, quod est per accidens, & raro contingit; l. Ex his 4. & l. Nam ad ea 5. ff. de Legibus Authent. Ut sine prohibitione matres, cum similibus.
- 88 Nec valet dicere, quod cessante causa prohibitionis cessat ipsa prohibitio; cap. Cum cessante 60. de appell. l. Cum ancillam 6. Cod. de conditione ob causam, & Gloss. fin. ib. cum similib. Non valet, inquam, quia id procedit quando causa cesat per se; secus autem si ex aliquo accidenti, ut in nostro casu. Et id, quod dicitur de ingressu feminarum in Conventus Religiosorum, venit dicendum etiam de ingressu virorum in Monasteria Monialium, si ex aliquo accidentali casu ad breve tempus omnes egrediantur à monasterio. Et à fortiori si aliquis Religiosus, vel aliqua Monialis remaneat in Conventu, & respective monasterio ad custodiam, vel ob aliam causam pro illo brevi tempore: maxime cum novissime editæ sint à Bened. XIV. quæ constitutiones rigidissime prohibentes, una quemcumque ingressum in clausuram Religiosorum, prima quæ incip. Regularis disciplina: & altera ingressum in clausuram Monialium, quæ incip. Salutare in Cath. Ecclesia institutum:
- Alia ad rem Vid. verb. Crux.
- Processio Generalis in solemnitate Corporis Christi, Sede Apostolica vacante, de more celebrari jubetur cum præscriptione ritus, & personarum, quæ interesse debent. Bened. XIV. tom. I. constit. 122. incip. Pastoralis Sollicitudinis: Et præscribit, quod celebratur apud Basilicam Vaticanam. Idem ib. §. 3. Electio Antistitis, qui deferat Sanctissimum Sacramen-

- tum, tribuitur Collegio Cardinalium. Idem ibid. §. 5.
- Processiones confraternitatum singulis diebus per Octavam Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in Urbe habendæ statuuntur ad diversas, & designatas Ecclesias. Idem constit. 83. incip. Admirabilis §. 11. Vid. supra ad verb. Capella à num. 65. ubi assignantur Ecclesie, & Indulgentie.
- Regularibus liberum est pro processionibus peragendis extra Claustra licentiam petere vel ab Episcopo, vel à Parocho; Immo habita licentia ab Episcopo, qui est Parochus Parochorum, etiam contradicente Parocho, possunt processionem ipsam extra claustra peragere; Sac. Cong. Conc. in Nepesina 3. Aug. 1686. & in Voltaterrana 16. Martii 1725. ad decimum, ut refertur in Thesuro Resolutionum; Sac. Cong. Concil. tom. 4. in dist. Volaterrana.
- Processio Kalend. Augusti ab Ecclesia S. Francisci Assisien. ad Ecclesiam S. Mariae Angelorum, ad formam veterum Indultorum approbata, & confirmata fuit à Bened. XIV. const. incip. Fidel. Dominus. §. 10.
- Processionibus publicis, quocumque jure, seu auctoritate indictis ab Archiepiscopo Neapolitano, interesse non tenentur Rector, aliquæ Clerici, seu Presbyteri actu inservientes in hospitali S. Angeli à Nido Neapolitanæ civitatis. Bened. XIV. constit. incip. Præclarum §. 15.
- Processiones prius fieri debent, dein missa solemniter cantanda ex Rubrica Missalis Romani. Insist. Eccles. 68. §. 12. Nisi tamen aliter ob gravem causam Episcopo, vel Clero videatur. Ibid. ex ead.
- Processio in festo S. Marci, si incidat in ipsam Paschæ Resurrectionis diem, transferenda est ad tertiam diem Paschæ, ex Decreto Sac. Cong. Rit. die 25. Sept. 1734. Inst. Eccl. 28. §. 3.
- Non obstante Concilio Tridentino sess. 25. cap. 13. de Regul. obligante Regulares tametsi exemptos ad publicas processionem possunt adhuc ii, vel ex privilegio, vel ex præscriptione non teneri in iis intervenire.
- Quod attinet vero ad privilegium nota hoc debere esse recta concessum, minimeque venire in generali privilegiorum communicatione, ne ex ea, quam fere omnes Religiones habent, communicatione privilegiorum, Regularibus orbatæ remaneant publicæ processionem contra mentem Concilii Tridentini; Pellizzar. in Manual. Regul. tract. 4. cap. 2. quest. 5. Pasqualig ad Laurent. de Franch. de process. quest. 2. num. 63. Quart. de process. sect. 3. punct. 1. quest. 4. in fin. P. Gaud. à Jan. de Visit. cap. 4. dub. 10. sect. 4. num. 63. Rota in Melliten. Processionum 24. Januarii 1757. §. 6. cor. P. D. Parracian. & 14. Febr. 1759. §. 1. coram R. P. D. Herrerros.
- De privilegio concessio à S. M. Pio V. in Bulla Etsi mendicantium Collegiis studiorum non interveniendi in publicis processionibus, quæri solet, an revocatum illud fuerit à Gregorio XIII. in Bulla In tanta? Affirmavit autem Rota in d. Melliten. Processionum 24. Januarii 1757. §. 3. & 14. Febr. 1759. §. 4.
- Cæterum atenta Bulla, Etsi mendicantium, non omnia Collegia studiorum, sed mendicantium tantum non item Monachorum, & quidem ea, in quibus Fratres sub arctiori custodia degunt, ita ut nec in choro cantent nec ad mortuos accedant, sed tantum studiis, & lectionibus vacent, gaudent privilegio non interveniendi in publicis processionibus; Rot. in d. Melliten. Proce. 24. Jan. 1757. §. 4. & 14. Febr. 1759. §. 3.
- Quod vero concernit præscriptionem, ea non aliter potest opponi, quam si Regulares vocati, per tempus legitimum non intervenierunt in publicis processionibus. Ceterum Regulares non vocati, tametsi per diuturnum tempus non intervenierunt in publicis processionibus, præscriptionem opponere nequeunt, idque quia ubi quæst. est de præscriptione juris negativæ cum iis, qui ante interpellationem nulla tenentur obligatione, ea non incipit nisi à die, qua interpellati contradixerint, & sic

- possidere ceperint; Peyrin. ad Const. 2. Sixti IV. §. 11. num. 57. Maron. Resp. 12. num. 3. & 35. Pellizzar. in Manual. Regul. tract. 1. cap. 12. res. 13. Bord. var. res. p. 2. res. 7. n. 142. Lezzani. in Summ. tom. 1. c. 9. n. 47. Rot. in d. Melliten. Processionum 24. Jan. 1717. §. 15. & 14. Febr. 1759. §. 10.
- Quantum vero tempus requiritur ad hanc præscriptionem, variant Doctores. Ar si ponderetur, quod singulis Decretis Concilii Tridentini inest decretum irritans ex constitutione S. M. Pii IV. ejusdem Concilii Tridentini confirmatoria, quæ in radice submovet quamlibet contrariam consuetudinem in futurum, vim nullam habere poterit quadragenaria; Ursaya discept. Eccles. tom. 6. part. 2. discept. 19. num. 105. & plur. seq. Rota in dist. Melliten. Processionum 24. Jan. 1757. §. 14. & 14. Febr. 1659. §. 10.

PROCESSUS CURIAE LAICI LÆSIVI IMMUNITATIS.

- Processus Laicorum post confugium factum nulla adhiberi potest fidei per Judicem Eccles. quo vero ad probationum revelantiam remittitur iudicio Episcopi; Sac. Cong. Immun. in Laudan. 13. Decemb. 1633. l. 4. Decret. Paul. pag. 179.
- Immo injungitur Episcopo, ut non recipiat processum fabricatos in Curia Laica post extractionem confugitorum; Eadem Sac. Cong. Immun. in Pinen. 2. Jun. 1624. ex registro Scripturarum veterum pag. 26.
- Processus Curia laicae super delictis eorum, qui fuerant ab Ecclesia postea extracti, Episcopus potest adhibere fidem, si ante extractionem fuerint fabricati, vel ante confugium; Ead. Sac. Cong. Immun. in Capataquen. 15. Jul. 1636. l. 3. Decret. Paul. pag. 9. in Syracusan. 13. Jul. 1626. lib. 1. Decret. Paul. pag. 8.
- Processus originalis cum omnibus actibus contra Clericum per Judicem Laicum est ab ipso transmittendus Judic. Eccles. ut aboleatur, & igni tradatur; Eadem Sac. Cong. Immun. in Nepesina 27. April. 1638. lib. 3. Decret. Paul. p. 6. in Crovatis plebis 31. Maii 1639. dist. lib. pag. 92.
- Quatenus sit impossibilis laceratio processus in ea parte, quæ concernit ecclesiasticum, vel cessatio nominis ipsius ecclesiasticum, facta prius declaratione per Judicem, qui confecti dictum processum, irritante ipsum cum omnibus actibus contra ecclesiasticum, uti invalidum defectu Jurisdictionis, datur facultas absolventi censuratos, tam nominatos, quam innominatos in cedulonibus; Eadem Sac. Cong. Immun. in Aquilana 27. Jan. 1634. lib. 3. Decret. Paul. pag. 194.
- Processus, & alii actus Curia Laica contra Equites Hierosolymitanos sunt prorsus invalidi; Eadem Sac. Cong. Immun. in Messanen. 18. Novemb. 1653. lib. 5. Decret. Paul. pag. 25.
- Officiales, & Ministri Curia Laicae conficientes processum contra Clericum excommunicationem incurrun; Ead. Sac. Cong. Imm. in Recinaten. 27. Jul. 1683. l. 3. Decret. Alroviti pag. 211. (Vid. verb. Immunitas.)

PROCESSUS CURIAE ECCLESIASTICÆ.

- Processus Curia Ecclesiasticæ non sunt consignandi Judici Laico: Sac. Cong. Immun. in Terracinen. 18. Februarii 1631. lib. 2. Decret. Paul. p. 97.
- In confectio processus super Immunitate non est permittenda à Ministris Episcopi assistentia Judicis laici; Sac. Cong. Immun. in Arminen. 6. Maii 1631. lib. pag. 76.
- In fabricatione processus contra Personas Ecclesiasticas cavet Episcopus, ne utatur ministerio Laicalium Ministrorum; Sac. Cong. Immun. 30. in Pientina Jun. 1700. lib. 2. Decret. Vallem. pag. 297.
- Episcopus conficit processum ad formam Bullæ

- super delicto prætenso exceptuato; observans, quod nullus habendus est respectus ad processum fabricatum in tribunali laico pro probatione Juridica delicti, sed solum permissum est iuri processu Curia Laica pro simplici instructione animi. Sac. Cong. Immun. in Alexand. 17. April. 1700. ibi pag. 282.
- Aliquando injungitur Vicario, ut absteineat ab ulteriori processu super delictis extractorum, & attenda eorum restitutione ad Ecclesiam. Sac. Cong. Immun. in S. Severina 18. Augusti 1663. l. Decret. Fani p. 10.
- Cum Curia Legationis peteret sibi communicari processum fabricatos in Curia Ecclesiastica contra Extractores, Sac. Cong. respondit. Communicatio processus non est facienda, nisi comprehensis in Monitoriis Sac. Cong. Immun. in Bonon. 19. Julii 1695. l. 1. Decret. Vallem. pag. 201.
- Processus occasione Immunitatis factus à Curia Eccles. ex stylo Sac. Cong. non consignatur Partibus; Sac. Cong. Immun. in Januen. 23. Julii 1632. lib. 4. Decret. Paul. pag. 132.
- Confectio processus super loco capture ad effectum declarandi, an quis gaudeat necne immunitate spectat ad Episcopum. Sac. Cong. Immun. in Veritonem. 1. Sept. 1643. l. 3. Decret. Paul. p. 208.
- Episcopus Mantuanus supplicat. Sac. Cong. pro resolutione infrascriptorum, scilicet: aliqui Sacerdotes cum aliis Laicis prætensi Monasterii carcerari fuerunt à Curia Seculari, & adhuc detinentur in carceribus laicis pro tuta custodia, sed nomine Episcopi, qui quærit.
- l. An possit Episcopus circa Ecclesiasticos conficere processum conjunctum cum Curia Laica ob Laicos complices?
- II An ad conficiendum processum possit delegare usque ad sententiam exclusive Judicem Laicum?
- III An facti processus in Curia episcopali possint communicari iudicia resultantia ab ipso Curia Seculari contra Laicos?
- IV An dato, quod Curia Secularis perseveret in denegatione communicationis sui processus Curia episcopali in parte tangente Ecclesiasticos, si vicissim Curia Episcopalis non communicet Curia Seculari iudicia, quæ resultant ex dicto suo processu, debeat Episcopus dimittere Sacerdotes, cum contra ipsos, nec iudicia, nec corpus delicti habet?
- Sacra Congregatio respondit:
- Ad I. Episcopum non posse conjunctim procedere & ad ipsum spectare integram cognitionem causæ.
- Ad II. Eundem Episcopum non posse delegare Judicem Laicum.
- Ad III. Non posse processum communicare.
- Ad IV. Non posse de rigore juris procedere, sed facere debere diligentias pro habendo processu, & incorpore delicti, quod si non habuerit, dimitat carceratos cum cautione de se presentando. Sac. Cong. Immun. in Mantuan. 18. Jul. 1651. l. 4. Decret. Paul. lib. 154.
- Episcopus formet processum contra eos, qui in actis produxerunt Episcopum non esse Judicem competentem Immunitatis Eccl. neque Sac. Cong. sed solum Regiam Cameram. Sac. Cong. Immun. in Orient. 29. Decemb. 1625. l. Scripturarum Veterum p. 80.
- Pendente fabricatione processus super requisitis Clericatus Episcopus facti sibi consignare Clericum à Curia seculari, & caute in suis carceribus custodiat. Sac. Cong. Immun. in Aquin. 18. Febr. 1673. lib. 1. Decret. Alrov. pag. 772.
- Processus fabricatus à Clerico conjugato uti subdelegato à delegato Papa contra personas ecclesiasticas, est nullus, eo quia subdelegatio virtutis facultatis Pontificiæ solum concedi solet Clericis simpliciter. Sacra Cong. Immun. in Viterb. 13. Sept. 1679. l. 2. Decret. Alrov. pag. 1833.
- Processus fabricatus à Clerico conjugato de ordine Sac. Consultæ ex facultate habita à Sanctissimo, in qua tamen non erat expressum processum fieri posse